



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariæ,  
Apud Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caout, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Mulier sex mensium spacio lumine oculorum destituta illuminatur,  
auditamissa apud Cheruiam in sacello beatæ Mariæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

magis ac magis ingrauescente, compulsa tandem tertio die decumbere, ita ut nulla affulgeret valetudinis recuperanda, habens respectu ad tempus nuptijs antea praeseditum. Interea vero temporis venit illi in mentem se non satisfacisse promissis patris sui defuncti. Quam ob causam obnixè rogavit uinculum & amitam suam, ut promissam peregrinationem dignarentur eius nomine implere. Quod peregrinationis onus libenter suscipientes, & postea, opere completo Cheruiam redeuntés, offenderunt neptem illis obuiam venientem corpore bene sanè optimè constituto. Quæ causa fuit absque la remora & dilatione temporis, certo reddendi diei ad nuptiale conuiuium decretum nato.

MVLIER SEX MENSIVM SPATIUM  
lumine oculorum destituta illuminatur, audi-  
ta missa apud cheruiam in sacello  
B. Marie.

## CAPVT LV.

Vxor Michaelis Espringalij ex parochia Condati pagi Courbilsij dicti, cum per sex menses lumine oculorum orbata fuisse honorifice comitata Cheruiam aduentu missa pie audita, sacras reliquias sancte desculans in Insulariæ repositorio reconditas, absque mora fuit illuminata, solisque perie-



Cundos radios iucundè & tota hilaris apertè  
est intuita. idque non minus quàm si nun-  
quam fuisset obcœcata. Contigit istud tum in  
eorum præsentia qui eam comitati fuerant,  
tum etiam coram magistro Ioanne Bouchier,  
& alijs

*HOMO NON VALENS INCEDERE,  
nisi admodum grauate, libere incedit audita  
missa in sacello B. Virginis.*

CAPVT LVI.

**A**NNO iterum eodem quo supra 1589.  
Maij die 21. Nicolaus à Puteo, hospes  
Regis Catholici habitans in via regia apud  
pagum qui vulgo dicitur Nimy non nisi ad-  
modum grauate, baculis insistendo, poterat  
incedere, Cum verò curru se Cheruiam vsque  
prouchi curasset, accidit, ipso pagum Lensen-  
sem egredeunte, tantopere cum animari &  
corroborari, vt de curru descendere non sic ve-  
ritus: & quo magis Cheruiam accedebat, eo  
etiam liberius & expeditius incedebat, sic vt  
suprà dictus pastor tempore sacrificij missæ  
conspexerit eundem baculos suos in manus  
insulariæ, quæ tum temporis præerat Cherui-  
ensi ædiculæ, hilariter deponentem. Quam  
ob causam missa peracta cum ad se euo-  
cauit, & supradicta ex proprio  
eius ore intellexit.

H 5

QVI.